



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 252. Quid circa collationem vespertinam sit addendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

§. 3. De tabaco docent omnes , quod non 1295
frangat jejunium, quia non reficit solidas corpo-
ris partes sed tantum spiritus.

§: 4: Docent *Vivald*: & *Pasq*: posse ad sedan- 1296
dam fitim comediri recentem uvam , pomum, ly-
monium, succum citrini , quia non sumuntur ut
cibus sed velut potus , maximè cum in ore prius
ferme resolvantur quam deglutiantur.

Q: 252: Quid circa collationem vespertinam sit 1297
addendum. *R*: Hoc præcipue advertendum est ,
quod cum collatio ista sit per consuetudinem in-
troducta , in ea non liceat aliud circa quantita-
tem, qualitatem & tempus, quam habeat consue-
tudo hominum timoratorum in unaquaque pa-
tria , ita cum aliis *Castrop*: t: 30: d: 3: p: 2: §: 2: n: 5.
Auctores tamen etiam notant sequentia ,

§: 1: Licta est talis collatio, quamvis fiat ad 1298
sedandam famem, vel sine ulla necessitate, *Sanch*:
in Cons: l: 5: c: 1: dub: 25: n: 2: *Castrop*: suprà.

§: 2: Quod attinet ad quantitatem, sententiæ 1299
variant, *Lez*: *Steph*: & alii dicunt non licere nisi
4: uncias : (12. unciae sunt libra seu unum pondo
apud Veteres , 16 verò apud nos , *Leff*: de vera
ratione valetudinis conservandæ n: 14: in fine)
Suar. & alii 12. Auctores cum *Dian*. p: 1: t: 9: R: 1,
concedunt 6: imò & 8: uncias; sed alii dicunt illis
tantum licere 8:, qui valde magno cibo indi-
gent ; hanc tamen restrictionem non admittunt
Azor, *Fagund*. *Villal*. *Bonac*. *J. Sanch*: *Castrop*: n: 7,
Tamb: in Decal: l: 4: c: 5: §: 3: n: 1, *Sporer*: in Th:
mor: t: 1: c: 5: n: 30., sed absolute tenent cum
primis , ac dicunt posse saltem ex consuetudine
ab unoquoque , sive multum sive parum come-
dente , sumi octo uncias , etiam si fames per illas

Fff 2 planè

planè extingueretur : videtur tamen probabiliùs dici, quòd quantitas restringi debeat ad quartam circiter vel quintam partem prandii , uti habet Busenb. Addunt Laym: Regin: Castrop: Fls: t: 4:d: 1: n: 42 . plus permitti illis, qui continuò dediti sunt studiis aliisque negotiis fatigantibus caput , quia spiritus in eis magis deficiunt Similiter Azor t: 1: l: 7:c: 8: in fine, Bonac: de præc: Eccl: d: ult: q: 1: p: 3:n: 2: f: Sanch: d: 5 z: n: 9: Laym: l: 4: t: 8: c: 1: n: 9: Fagund: in præc: Eccl: 4: c: 4: n: 21. Regin: l: 4: d: 10: n: 185: Steph: t: 1: d: 5: n: 117: Sporer in mor: t: 3: p: 3: append: ad 3: præc: f: 2: aff: 3: §: 2:n: 26: Taber: p: 2:t: 1: c: 4: q: 7. aliique multi apud Vind: Tab: ad prop: 5: in collect. permittunt plus nobilis , quia solent esse debilioris valetudinis & assueti magis substantioso cibo ; sed bene limitant , si talis sit loci & timoratorum nobilium consuetudo.

1300 §: 3: Si quis ad duas uncias tantum excedat quantitatatem in collatione permisam , non peccat mortaliter, nam duæ unciae non sunt materia gravis, Vidald: Leand: Tamb: aliique cum Dian: p: 10:t: 14:R: 57. Addit Sporer tertiam partem collationis adhuc esse materiam levem , adeoque si extra tempus non sumatur usque ad dimidium collationis, non fore mortale, quia talis quantitas videtur parva, & in se & in ordine tam ad totum diem , quam ad finem jejunii: non peccari autem mortaliter mutando tempus collationis illius vespertinæ , dictum est n: 1278.

1301 §: 4: Uterque Sanch: Az: Diana p: 1: t: 9: R: 35: Tamb: n: 8. dicunt in vigilia Nativitatis Christi , etiam si incidat in Sabbatum 4: temporum, posse accipi collationem duplo majorem , imò Sanch: dicit

dicit ex fructibus & conservis posse accipi ad satietatem ; quod *Vidald.* extendit ad vigilias Paschæ & Pentecostes , quia sunt vigiliæ lætitiae , sed attendenda est consuetudo locorum , hinc *Tamb:* n. 7: & *Mendo* d: 8: n: 10. negant licere , quia nempe in suis patriis necdum erat ista consuetudo , uti nec est in his.

§: 5: *Az: Bonac: Pasq: Vidald.*, uterque *Mar-* 1302
chant, Wiggers, Sporer, Burgh: cent: 1: cas: 74. dicunt vesperi spectandam esse tantum quantitatem non autem qualitatem , hinc sumi posse 4. partem offæ , piscis & similium , quæ quis in prandio solet comedere ; nec dissentit *Tamb: n: 3.* dicens non constare de obligatione in contrarium : sed contradicunt AA plures quam 30: cum *Dian: R: 1., & pluribus p: 10: t: 14: R: 58.* Item *Lez: & alii cum Steph: n: 115.*, nisi alicubi prævaluerit consuetudo , quam standum est.

§. 6. *Castrop: n: 4: & 6: Fill: t: 27: p: 2: c: 2: n: 1303*
 11. negant licitum esse pro collatione permiscere panem & vinum aliūmve liquorem , & inde coquere velut offam , quia iste liquor non retineret rationem potūs , sed propter coctionem ex illo & materia solida fieret unus cibus solidus excedens consuetam quantitatem collationis ; & hæc sententia est probabilior , quamvis *Az. Boff. & alii cum Diana p. 1. t. 9. R. 34, & p. 10. t. 14. R. 58.* putent adhuc licere , cum non augeatur substantia , sed tantum temperetur qualitas in ordine ad faciliorem concoctionem ; sicque miscebit saltem stomachus & concoquet ad similem nutritionem , quod *Laym. 1. 4. t. 8. c. 2. n. 9.* fatetur probabile , attamen non approbat , quia videtur esse contra consuetudinem ;

si tamen adsit causa, uti stomachi infirmitas, dicit nullum fore peccatum: Addit piscem infumatum sumi posse; item lactucam elixatam, ut cruditas tollatur: admittunt etiam ova *Vidald.* & *Pasq.*, quando licitum est hæc comedere, sed iterum contradicunt *Tamb.* suprà & *Diana R.* 57., debetque etiam in hoc attendi ad consuetudinem locorum.

1304 *Q:* 253: Quid præterea notandum sit circa parvitatem materiæ in carnibus. *R.* §. 1. Eam dari, præter citatos à *Busenb.*, docent *Merol.* *Hurt.* *Pasq.* *Trull.* *Gob.* in *Quin:* t: 5: c: 23: n: 233. *Diana p.* 5. t. 5: R: 32., qui p: 10: t: 14: R: 32. vocat hanc sententiam communem. Ratio est, quia prohibentur carnes prout sunt nutritivæ seu reflectivæ virium, sed parùm carnis parùm nutrit, ergo etiam parùm, sive sub parvo peccato prohibetur. Nec obstat, quod hoc præceptum sit negativum, nam etiam præceptum non furandi est negativum, & tamen in eo datur parvitas materiæ.

1305 §. 2. Difficultas major est in designanda parvitatem materiæ: *Bonac.* *Hurt.* *Trull.* parvam materiam dicunt, modicum, sive exiguum frustulum; aliis apud *Dian:* p: 1: t: 12: R: 32: dicit, non plùs, quam quod licet libatoribus ciborum apud *Reges*: *Sporer* in *Th: mor:* t: 1: c: 5: n: 30. concedit medium aviculam, sed cum non determinant pondus, necdum scitur quantitas. Quidam recentior apud *Gob.* dicit materiam parvam esse, si non superet 8. uncias, sed meritò rejicitur ab omnibus. *Escob.* ponit, si non sit plùs quam uncia; *Pasq.*, si non sit plùs, quam media uncia; *Leand.* & *Dian.* putant hoc esse adhuc